

μιαίων συμβόλων, μεμερισμένης δέ μου τῆς διανοίας. Οὐκ ἡδουλόμην γάρ εἰς τοῦτο ἐλθεῖν. Πάνυ δὲ ὀλιγωρούσῃς μου, σαββάτου διαφαύσαντος καὶ ἥλιου εὐθὺς ἀνατείλαντος, ἐπέστη μοι ἄγγελος, εὐαγγελιζόμενός μοι ἔξαιφνης τόκον τινά. Καὶ θορυβήθεῖσα ἀνέκραξα· Μῆδαμῶς μοι τοῦτο, Κύριε, ἄνδρα γάρ οὐκ ἔχω. Καὶ ἐπίστωσέ με, βουλήσει Θεοῦ τὸν τόκον τοῦτον ἔχειν.

*108 * 'Ημεῖς δὲ εἴπαμεν αὐτῇ· Μῆτερ, μῆτερ, ἀπαντεῖς οἱ θεοὶ Περσῶν ἐμακάρισάν σε. Τὸ καύχημά σου μέγα. Ὑπερῆρσαι γάρ πάσας τὰς ἐνδόξους γυναικας, καὶ πασῶν βασιλίδων βασιλικωτέρα ἐφάνης.

quamdam connubii, mente longe a connubio aliena. Nolui enim ad hoc pervenire. Cum autem prorsus ab eo abhorrerem, sabbato quodam illucescente, sub ipsum fere solis ortum astitit mihi angelus, annuntians mihi subito partum quemdam. Ad quae ipsius verba ego compavescens exclamavi: Nequaquam mihi tale quid contingat, domine, virum enim non habeo. At ille fidem mihi adstruxit, divina me voluntate paritaram.

*107 * Diximus autem nos ad illam: Mater, mater, omnes Persarum dii beatam te praedicarunt. Magna est gloria tua. Cunctas illustres feminas antecellis, maiorque est dignitas tua, quam omnium totius mundi reginarum.

LIBRI GRADUUM¹

^{PS}
^{III,} 623 Sermo XXI, 16. Porro dixit angelus Mariae: *Pax tibi, benedicta mulierum*, id est, humillima mulierum. *Dominus meus tecum*,² propter humilitatem tuam. *Et dixit Maria: confiteor Deo, quia respexit humilitatem ancillae suae*,³ non * autem venustatem et divitias. Si enim alia mulier exstitisset Maria humilior, ex ea natus esset Christus, omnium hominum humilius, qui est amicus humilitatis.

2053

PRESBYTERORUM ET DIACONORUM ACHAIAE EPISTOLA DE MARTYRIO S. ANDREAE⁴

^{PG}
^{2,} 1226 [...] Quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per ligni praevaricationem mundo mortem intulerat, necessarium fuit, ut de immaculata Virgine nasceretur, perfectus homo, Filius Dei, vitam aeternam quam per Adamum perdiderant homines, repararet, ac per lignum crucis lignum concupiscentiae excluderet.

2054

¹ Opus *Ps.-Macarii* continens doctrinam *Messalianorum* (saec. IV).

² Lc. I, 28.

³ Lc. I, 48.

⁴ Epistola apocrypha saec. V/VI. Cf. Lau 156.

• PS III, 211, 442.